



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XVI. De falsis episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

periclitatur vbique doceat & se ostendat, qui vero non potest taceat & abscondat; alius quippe ab Iesu in domum suam mittitur, alius sequi iubetur.

ANNO
CHRISTI

XVI.

Qui non secundum Apostolum electus est ab altero episcopo, est damnandus, deinde ad reliquam plebem declinandus & degradandus.

XVII.

Monachi sunt qui solitarii sine terrenis opibus habitant sub potestate episcopi vel abbatis. Non sunt autem monachi, sed Vaetro periti, hoc est contemptores solliciti ad vitam perfectam in ætate perfecta. Hoc est a viginti annis debet vnusquisque constringi non attestando sed voto perficiendo, vt est illud, vnusquisque sicut proposuit corde suo faciat, & vt, *vota mea reddam in conspectu Domini*, & reliqua; quo voto viuitur, situs locorum coartat, si superabundantia in omnibus deuitetur in vita, quia in frigore & nuditate, in fame & siti, in vigiliis & ieiuniis vocati sunt.

Psal. 115.

XVIII.

Centesium episcopi & doctores qui omnibus omnia sunt, sexagesimum clerici & viduæ qui continententes sunt, tricesimum laici qui fideles sunt, qui perfecte trinitatem credunt. His amplius non est in messe Domini. Monachi vero & virgines cum centesimis iungimus.

XIX.

Octauo die catechumeni sunt, postea solennitatibus Domini baptizantur, id est Pascha, & Pentecoste, & Epiphania.